



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

An applicari possit Missa pro infideli, parag. [2]

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

§. II.

*In applicari possit Missa pro Infide-
li.*

I **Q**uidam infidelis v. gr. Turca audiens à Christianis
quanti valeat Sacrificium Missæ,
offert stipem Sacerdoti, ut pro ipso
faciat Sacrum. Potestne primo is
acceptare eleemosynam. Secundo,
potest pro ipso celebrare? Respon-
deo utrumque a posse, illum tamen
publicè non nominando, ne detur
occasio admirationis, vel scandali
in populo. Ratio est, quia Infidelis
(quamvis solum in uno) prodest
Missa. Licet enim illi non proficit
quoad meritum; siquidem Infide-
lis, qui propter privationem gra-
tiae, est Dei inimicus, non est in
statu meriti; neque proficit quoad

Satis-

*a Suar de Euch Sacr. d. 73. sect. 2. §.
Dico tertio, aliquique apud Marchin ne-
gantem tr. 3. de ord. p. 2. c. 7. n. 3.*

Satisfactionem , quia satisfacere
pœna quis non potest , dum est in
peccato mortali , neque enim pœna
ulla remittitur ei , cui actu debetur
pœna æterna ; prodest ramen quoad
Impetracionem (etiam ex opere ope-
rato, ut dicam mox a) quatenus ei im-
petrari possunt , mediante Sacrificio,
aliqua bona temporalia, immo & spi-
ritualia, ut sunt aliquæ bonæ iüsپra-
tiones, & auxilia , ut Deus aliquan-
tulum placatus, cum infidelem vocet
ad fidem.

2 Dices ; ergo Sacerdoti non li-
cebit integrum stipendium accipere , si ,
quidem nec integrum Missæ fru-
ctum ei attribuere potest. Respon-
deo , neque actu peccatori potest
celebrans applicare torum fru-
ctum, ut mox §. 6. n. 1. dicemus , &
tamen numquam hunc scrupulum
injecisti Sacerdoti , quasi non possie
à sibi cognito peccatore integrum
stipendium accipere. Dico igitur , ex una
parte , fructum Imperatoris tanti

R 4

elle,

a Infra §. 3. n. 4.

296 LIBER II.

esse, ut superet omnem estimabiliatatem pecuniae: & ex alia, infidem, vel peccatorum offerentem elemosynam velle interpretative illud, quod velle rationabiliter potest. Cum igitur possit solum participare de fructu Imperationis, hanc solam, & nihil praeter ea, velle, praesumendus est.

§. III.

An & quatenus Missa offerri potest pro Catechumeno.

V Alde differe, à precedenti, præsens quæstio, nam hic supponimus Catechumenum esse ex vi contritionis in gratia, & solum ei deesse Baptismum, per quem tamquam per ianuam visibilis Ecclesiæ in illam ingrediuntur Fideles; at Infideles semper supponuntur sine gratia, & Dei inimici. Quaremus ergo an Sacerdos possit stipendium accipere à Catechumeno, illius